

Forfatter: Palladius, Peder

Titel: Udrag fra Peder Palladius' Danske Skrifter

Citation: Palladius, Peder: "Peder Palladius' Danske Skrifter", i Palladius, Peder: *Peder Palladius' Danske Skrifter*, udg. af Lis Jacobsen , H.H. Thiele, 1911-1926, s. 67. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-palladius01val-shoot-idm140153320363616/facsimile.pdf> (tilgået 25. april 2024)

Anvendt udgave: Peder Palladius' Danske Skrifter

sunt primum sine expositione/ ut admittantur hac confessione
etiam parvuli vel octo annos nati aut minores || ad mensam 24^v
illius qui dicit.

Sinice parvulos venire ad me etc. sine vero hac confessione
non admittantur ad sacram illam mensam ne senes quidem. 5
Puer enim centum annorum morietur/ ait Esaias. Deinde
vbi verba bene tenent/ epigatur etiam ab eis expositio/ quae
ad hoc breuis et incunda est/ ne quis habeat excusationem/ ut
inde accommodi magis sint ad alias conciones intelligendas.

Ita et non aliter habebitis bonas Ecclesiias/ quas misere 10
vastatas videtis ignorantia/ negligenta et impietate pastorum
qui hactenus nisi sunt capita Ecclesiarum. Et hoc obsecro ve-
stram pietatem ut hic catechismus In Ecclesiis vestris ma-
neat integer/ neque permittatis cuiquam temere vel addere
huic vel demere. 15

Inveniuntur enim forte quidam/ id quod et alibi experti
sumus/ qui vixunque || non male doceant/ tamen seipso non 21^r
docent/ sed ita sunt praefratio animo ut nihil ipsis placeat/
quod ab aliis ad hoc vocatis est ordinatum quod ipsis non
fecerunt/ sed egregiam et nobis et vobis reddunt vicem/ di- 20
centes/ Ecce noue leges/ auferunt Ecclesiis sua libertas/ mihi
ista non placent. Hoc cum alii in arrogancia ipsorum et
vident et rident/ ipsi tamen sua stulta sapientia non vident
quantum in deum peccent/ quod per hanc insipientiam apud
alios sua doctrina detrahunt autoritatem/ Metuum ne cui 25
subiecti sint dum tamen de subiectione illorum ne cogitamus
quidem/ sed solicii sumus pro salute et pace atque concordia
per Euangelium propaganda. Qui si ita pertuperint et omnino
statuerint dissimiles esse nobis/ neque esse voluerint sub sancta
ordinatione quae vni tantum seruit Euangelio pro libertate con- 30
scientiarum non contra libertatem ut || fungunt et mentiuntur/ 21^v
curabimus nos vicissim ne sint nobiscum/ spectant enim tales
tandem ad seditionem et heresim/ quae mala prohibeat a nobis
benignus ille spiritus Christi. Curatores Ecclesiarum requiri- 35
mus/ non turbatores. Deus est mihi in conscientia mea testis/
quod hanc pestem ex nullo quem notim hic metuo/ tamen ex-

pertus metuo/ et propter hanc mei vocationem vos Ecclesiarum
Episcopos admoveo ut vigiletis/ memores quid iuraueritis
primum Christo/ deinde et Regia Majestati pro Euangelij
negotio. Christus sit vobis cum et cum omnibus Ecclesijs
5 vestris/ cum quibus orate pro Rege/ pro Regno/ pro
me. Christus servet vos et pastores Ecclesiarum
in eternum.

Ex Copenhagen. M. D. xxxviii.
Seria secunda post Jubilate.

